

W
gndauer prifte

Man. 70g.

CHARACTEREM
CANDIDÆ AMICITIÆ
ACTUS ORATO-
RIO-VALEDICTORIUS,

Die XII. Martii. M DCCIX.


HORA I. POMERIDIANA

IN AUDITORIO TORGensi
REPRÆSENTABIT,
AD QVEM
DN. DN. MUSARUM MÆCENATES,
FAUTORES ATQVE AMICI
OFFICIOSISSIME, EAQVE, QVA PAR EST, HUMA-
NITATE INVITANTUR

A
M. GODOFRIDO STEINBRECHERO,
RECTORE.

TORGÆ,
PRAELO HEMPANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480623-p0003-7



Multa, quæ videntur ac dicuntur,
æque minus persæpe est, ac fuscina nec eoq;um
facit, nec Monachum cucullus, in propatulo est.
In maxima felicitatis parte pönitur, auro purpu-
raqve coruscare & potentissimi Regis titulo super-
bire: at si quis perpendat, quantum sollicitudinis, laboris, curæ-
que sub hac purpura lateat, eandem vix dignam eum qvadam
Principe judicabit, quæ humo tollatur. Id qvod expertus Rex
ANTIGONUS testatur, REGNUM, inqviens, SPLENDIDA SERVITUS.
(a) Proinde Romanorum ille Imperator TIBERIUS in freqventi
Senatu dicere consuevit: Dixi & nunc, & sæpe aliás, bonum
& salutarem Principem Senatui servire debere, & universis civi-
bus, etiam singulis, neq;e id dixisse pœnitentia. Quæ notatu di-
gnissima verba clarius exprimit Lipsius: Serviat Princeps, id est,
audiat & obsequatur Senatui ac bonis Consiliariis, serviat uni-
versis in bono omnium procurando: serviat singulis in justitia
administranda &c. (b) Pulchre itaq;e splendidam sui alio-
rumq;e Regum servitutem curarumque molem adumbraturus
Rex ALPHONSIUS depingi curabat ardenter candelam, additis
his: ALIIS INSERVIENDO, CONSUMOR. Formæ gratia coelote-
bus tollitur tantumq;e non adoratur. At quam Bonum fugax,
quam fallax, quam nocens est? Accedente febricula, fax dilata-
bitur in cineres. (c) Eeqvid in vincula conjectit Jolephum?
Quid neci dedit Lucretiam, qvid Virginiam? Nonne fuit egre-
gia formæ gratia? fuit omnino. Et quantum damni maliq;e
non dat pulchritudo cum virtute non conjuncta? Recete ille Te-
rentianus Parmeno: Ecca ipsa Thais, nostri fundi calamitas: nam
qvod nos capere oportet, hæc intercipit. (d) Non dicam, ægre
id

(a) Apud Älian. l. 2. V. Hist. c. 20.

(b) Lipſi. in Mor. & Ex. Polit. c. 6.

(c) Hor. Od. 13. l. 4.

(d) Ter. A&t. I. Sc. 1. Eunuch.

id custodiri, multis qvod placet, secundum illud Phocylidis,
vulgo habetur, qvid qvod? Sanctissima civitatum majestas Sa-
tyrico est. (e) At vero rectius Servatoti Iesu: Spine sunt, la-
quei sunt: pariunt enim curas infinitas; pauperum contemptum,
luxum, rapinas & injurias, quas non raro excipit eternæ salutis
jaætura irreparabilis. Scientiæ excellere pulchrum omnino judi-
catur. Et sane sapientia prædictam esse, divinum qvid est & im-
mortale. (f) CICERO, Sapientia, ait, nihil præstantius aut di-
vinus. (g) Et Seneca, Sapientiae, inquit, vacasse una ratio est
extendenda mortalitatis, immo in immortalitate verteñda. (h)
Et quidem, sicut effato Philosophi: appetitus sciendi, homini
naturalis est. (i) Id est, docente Tullio: Natura sicut cupidita-
tem ingenuit homini veri inventandi, qvod facile apparet, cum
vacui curis, etiam qvid in celo fiat, scire aemulus; & alibi: O-
mnes trahimur & trahimur ad cognitionis & scientia cupidita-
tem: (k) Ita Viri olim illustres, cupiditate sciendi inflam-
mati in terræ descendenterunt viscera, aut suorum montium cacu-
mina petierunt; at non raro periære, quin immo! cum nimis ma-
gnum studium multamqve operam in res obscuras easdemqve
non necessarias constituerunt, in æbiquitas & æbodofacit vitium pro-
laplos fuisse deprehendimus. Hinc recte CÆSALPINUS interrogatus:
an felicitas sit omnia speculari, respondit: Esse, cum
sapere melius sit, quædam non videre, quam videre. (l) Et a-
cutissimi ingenii SCALIGER, quædam, ait, æquo animo nescire
velle, humanae sapientiae pars est. (m) Salte, ut solet, MARTIA-
LIS de ATTALO, omnium rerum notitiam sibi arrogante scribit:

Dæclamas belle, caulas agis, ATTALE, belle;

Historias bellas, carmina bella facis.

Componis belle mimos, epigrammata bella;

Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus.

Et belle cantas & saltas, ATTALE, belle,

Bellus es arte lyra, bellus es arte pilæ,

Nil bene cum facias, satis attamen omnia belle;

Vis dicam, qvid sis? magnus es ardelio. (n)

Non

(e) Juven. Sat. 1.

(f) Plutarch, L. de Educ. Socri. Orat. ad Demon.

(g) Cic. L. II. Off.

(h) Sen. de Bræv. vit. c. 15.

(i) Aristot. l. 1. Metaph.

(k) Cic. L. 2. de Finib. Libr. 1. Offic.

(l) Quæst. peripat. L. 8. & 9.

(m) Exercit. 307, S. 29. (n) L. 2. Epigr. 7.

Non dicam de iis, qui, cum vix à limine Mulas salutarunt, ad sapientiam se pervenisse putant, ad maiorem perenturi, si pervenisse non putassent, quorum scientia nulla est. Quid de virtutibus porro? Harum laus, teste Tullio, in actione consistit (n) & effato B. IGNATII: Non dici, sed esse, facit Christianum. Ubi itaque vera veræ virtutis laus? Non fane virtutes, sed umbras & simulacula virtutum in vita humana cernimus. (o) Scilicet tota hominum vita non persona, sed personata est. Pietatis speciem præ se ferunt non pauci: at nubem pro Junone venditant: In avaritiam acerrime invehitur aridus avidusque EUCLIO: in ebrietatem TORQUATUS, potor ille tricongius: luxum vituperat SYBARITA: Catonem Curiosque laudat LUCULLUS: fures accusat VERRES: CLODIUS Mochos: Sapientia verba funditat CHOREBUS, ita FR. HILDEBR. Cent. s. Ep. 31. Reperias etiam, qui, ut TACITUS scribit, imitamentis tristitiae, animi gaudia velant. Ipse haeredit fletus sub perlona ritus est. (p) Potentissimus ille C. JULIUS CÆSAR, cum generi sui suique emulatoris potentis Pompeji caput abscissum conspicaretur, in lacrymas tantum non diffusus videbatur: At, DIONE judge, lacrymis his nil, nil rillum & ludibrium retulit, & teste LUCANO: Lacrymas non sponte cadentes effudit gemitusque expressit pectore læto. (q) Quid de fuci experte Amicitia? ubinam hæc est? Quam multi sunt, qui, dextris copulatis, fidem dant, qui pollicentur, at astutam vapido sub pectore fervant vulpem, quorum lingua, ut Plautus loquitur, in melle sita est lætereque, cor in felle atque acerbo aceto. (r) Quam nobrem

de Charactere veræ ac sinceræ Amicitiae

in confessu Virorum Clarissimorum dicere jussimus sequentes, ab optima indole, probitate & laudabili literarum profectu magnopere commendandos Academiac Candidatos:

JOHANN. CHRISTOPHORUM HÜLLERUM, Tor-
genfem Misnicum.

& JOHANN. PAULUM HARRWEILIUM, Dübena
Misnicum.

Qui ut suo Marte latis eruditæ & prolixe Orationes suæ elaborarunt, atque ex prompta easdem memoria animique praesentia habebunt; ita dignissimos censemus, A. O. O. H. quos praesentia vestra honorifica exhibaretis, animoque benevolo audiatis. Dab. Fergiv. Non. Martii, A. O. R. M. DCCIX.

(n) Liber. i. Offic. (o) Cl. Wollius in L. i. Offic. Cic.

(p) P. Syrus. (q) Lucan. L. 9. (r) Act. i. Sc. i. Truc.

78 M 437



TA 30L

kein Rest.

nur 51. Stck verknüpft bisher



102 A7

CHARACTEREM
CANDIDÆ AMICITIAE
ACTUS ORATO-

EDICTORIUS,

Martii. M DCCIX.

I. POMERIDIANA

ORIO TORGensi
PRESENTABIT,

AD QVEM

ARUM MÆCENATES,
LES ATQVE AMICI

AQVE, QVA PAR EST, HUMA-
TE INVITANTUR

A
IDO STEINBRECHERO,
RECTORE.

TORGÆ,
LO HEMPIANO.

Farbkarte #13

